

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paciencia ae  
cum fontibus primis

Paupertatem equo animo ferre uirtus  
paciencie est; sponte appetere sapiencie  
laus est.

Pauperiem aequo animo ferre, virtus  
patientiae est; sponte appetere,  
sapientiae laus est.

Bernardus Claraevallensis, *Epistolae*, 24  
(SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.  
Rochais eds., pp.76-7, ll.18, 1).

Sunt qui pauperes esse uolunt eo  
tamen pacto ut nichil eis desit, et sic  
diligunt paupertatem ut  
nullam paciantur inopiam. Sunt et alii  
mites sed quamdiu dicitur uel  
agitur nisi pro eorum arbitrio;  
sed quam longe sunt a paciencia apparent  
si leuis oriatur occasio.

Bernardus in quodam sermone.

Sed hi sunt qui pauperes esse volunt, eo  
tamen pacto, ut nihil eis desit, et sic  
diligunt paupertatem, ut  
nullam inopiam patiantur. Sunt et alii  
mites, sed quamdiu nihil dicitur vel  
agitur nisi pro eorum arbitrio;  
parebit autem quam longe sint a vera  
mansuetudine, si levis oriatur occasio.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones*, 4,  
5 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot,  
H.M. Rochais eds., p.185, ll.15-19).